



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. L. RESOLV TIONES DE VIRT VTE IN
CONCL V S I O LIX.

Thesauros ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse paupe
res ecclesiæ, sed locutus est usū uocabuli suo tempore.

P A T E T satis ijs, qui legendā sancti Laurentij uiderunt, de
inde nō est nunc usus uocabuli, ut thesauros Ecclesiæ uocet ho
mines pauperes, sed patrimoniū Christi & S. Petri appellamus,
quod palea quædam, sine tamen grano Constantini, dedit ec
clesiæ. Ideo dicit Psal. ij. ubi deus dicit Christo, Postula a me &
dabo tibi gentes in hæreditatem, & possessionem tuam termina
nos terræ, intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occi
dentem. Alioquin nostro tempore si quis loquatur aliter de rea
bus ecclesiæ & spiritualibus, erit barbarus nobis, licet & beatus
Laurentius facultates ecclesiæ dixerit diuitias, sed non solas.

C O N C L V S I O L X.

Sine temeritate dicimus, Claves ecclesiæ (merito Chris
ti donatas) esse thesaurum istum.

S I istud meritū uocaretur, & thesaurus indulgentiarum, scis
licet potestas clavium, plana est intelligētia. Nullus em dubitat
quoniam merito Christi donatum sit ecclesiæ, quicquid donatū est.

C O N C L V S I O L XI.

Clarum est enim, quod ad remissionem pœnarum & ca
suum, sola sufficit potestas Papæ

P R O B A T V R ex ipso stilo Papæ, dū nūc meminit me
ritorum Christi in ligando aut soluendo, sed tantūmodo dicit
de plenitudine potestatis, ex certa scientia & motu proprio.

Secundo, ex cōmuni omniū sententia probantiū, indulgen
tias uirtute illius uerbi donari, ubi Christus dicit, Quodcūq; sol
ueris &c. Quod uerbum putant sine uigore esse, nisi potestatē
donandi permitteret. Quare & ipsi solam potestatē intelligent
sufficere, nulla autem authoritate probant thesaurum, sed hanc
authoritatem uelut sufficientē adducunt, quæ tamen sonat hu
dam potestatē, non autem applicationem meritorum.

Tertio, Alioquin etiā in alijs ligationibus & solutionibus in
telligēda esset distributio meritorū, puta, quādo sacerdotali offi